

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

LOG Id: LOG_0112

LOG Titel: Caput Primum. Angraecum scriptum. Bonga boki. Angrec krinsing. - Eerste Hoofdstuk. Het geschreeven Angrek

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

HERBARIUM AMBOINENSIS

LIBER UNDECIMUS.

Agens de reliquis herbis silvestribus.

CAPUT PRIMUM.

*Angræcum scriptum. Bonga boki.
Angrec krinsing.*

Nunc nobilem describemus herbarum silvestrium familiam, quæ eo sese distinguit, quod semper in alto habitat, in aliis nempe arboribus, ac spernit humile solum, uti & plerumque nobiles arcæ & castella in altis exstructa sunt locis, ita ut alium ac sublimen crescendi habeant modum ac formam, uti & nobilitas modernis sese distinguit, & superbis vestimentis. Tertiam vero addunt rationem Moluccenses principissæ, quod nempe reculent flores suos geri ab alio, quam a nobili matrona vel virgine. In hac autem nobilitate, æquæ ac inter homines, etiam tales reperiuntur, quæ in rusticos degenerant, & in terra crescunt, quæque peculiarem videntur constituere genus. Unde & cuncta Angræca in binas distinguere me oportet classes.

Primo in nobilem, quæ sola in arboribus crescit, & secundo in rusticam, quæ ex terra provenit, cunctæ vero affines sunt isti herbæ, quæ in Herbariis *Helleborine* & *Calceolus mariæ* vocatur, & in tot distinguitur species, ut omnes describere nequeam. Nobilem tamen familiam sub duodecim comprehendi subsequenter speciebus, quarum primam & pulcherrimam, *Angræcum scriptum* hoc in capite describam.

Angræcum scriptum mira est herba, more *Filicum* arboribus increpescens, in quarum crassissimis ramis, ac potissimum ex ipsorum ortu seu alis provenit, innumeris, lentis, & albis fibrillis sese figens ipsorum corticibus, multosque erigit albos apices instar coni, sed non pungentes.

Ex hisce primo progerminant quædam ingentes, planiusculæ & coniformes bursæ, transversaliter in articulos distinctæ, per longitudinem profunde sulcatæ seu striatæ, substantiæ herbacæ & mucosæ, ex his sese explicant tria quatuorve longa & angusta folia, sese complectentia, illis *Hellebori albi*, seu *Hyris* similia, crassâ, firma, inferius angusta, sensim dilatata, ultra pedem longa, tres lata digitos, tribus nervis per medium distincta, qui non multum protuberant, sed medius ad internam partem fulcum format: prope hanc bursam e radice alter excrefcit caulis, rotundus, ac foliis destitutus, quatuor & quinque pedes longus, superius parum incurvus, e quo flores regulari modo supra sese invicem crescunt more *Hyacinthorum*, quivis autem peculiari insidet incurvo pedunculo.

Atque hi flores peculiarem obtinent formam, illis *Satyrii* accedentes, magnitudine floris *Narcissi*, compositi ex quinque exterioribus petalis, inferius angustatis, superius latis, quibusdam flavis, aliis ex flavo virentibus, hisce inscriptæ sunt amplæ guttæ & Characteres, ac si Hebræorum essent literæ, sed non distinctæ, suntque ex rubro colore fuscæ, in uno flore diversæ quam in altero.

In medio aliud locatur concavum petalum complicatum instar crateris, coloris pallidioris, fuscis seu purpureis lineis striatum, in hujus cavitate crassum erigitur pistillum lato germine ornatum, cæterum flos est inodorus.

Primo

AMBOINSCH KRUID-BOEK.

ELFDE BOEK.

Handelende van de overige of resteerende wilde Kruiden.

EERSTE HOOFDSTUK.

Het geschreeven Angrek.

Nu zullen wy beschryven den Adel onder de wilde kruiden, derwelke zy daar in uitbeelden, dat ze altyd in de boogte op andere bomen, en nooit om laag op de aarden willen wonen, gelyk men gemeenelyk de *Adelyke* Slooten en Burgten op de boogten ziet gebouwt, zoo dat ze een vreemde manier van wassen en gedaante hebben, gelyk den Adel met modieuse kleederen pronkt. De derde reden zetten de *Moluxse* Princesen daar by, dat ze de bloemen van niemand willen gedragen hebben dan door *Juffrouwen* van staat. Onder dezen Adel vindt men egter ook zoodanige gelyk onder de menschen, die in Boeren veranderen, en op de aarde wassen, die een byzonder geslagt schynen te maken. Wesbalven ik ook al de *Angreks* in twee hoofdsoorten verdeelen moet.

I. In 't *Adelyke*, 't welk alleen op bomen wast, en ten tweeden het *Boerze*, 't welk uit de aarden spruit, alle zyn ze uit de maagschap van dat kruid, 't welk in de *Kruidboeken* *Helleborine* en *Calceolus mariæ* genoemd werd, en in zoo veele soorten verdeelt, dat ik ze op verre na niet al zal kunnen beschryven. Ik heb egter het *Adelyke* geslagte onder de volgende twaalf soorten begreepen, waar van ik de eerste en schoonste *Angræcum scriptum* in dit Hoofdstuk beschryven zal.

Angræcum scriptum, dat is een zeltzame plante, in maniere als *Maare*-takken op de bomen wassende, op wiens dikste takken, en meest by derzelver oorsprong, of uit de okselen het voort komt, met ontelbare taaye, en witte vazzelingen, zig op derselver schorsse vast makende, en heeft veele witte spitzen over eind staan als een *Egel*, dog niet steekelig.

Hier uit komen eerstelyk voort eenige groote, wat platte, en keegelformige beurzen over dwers in leden verdeelt, en dan in de lengte diep gevoorent of gestreept, binnen van een kruidagtige en slymerige substantie, hier uit spruiten drie of vier lange en smalle bladeren, malkanderen omvattende, die van witte *Helleborus*, of van *Hyris* gelyk, dik, styf, agter smal, allengskens breeder, ruim een voet lang, drie vingeren breed, met drie zenuwen in de lengte doortogen, die niet zeer uitbuilen, maar de middelste maakt aan de binnenzyde een geut, bezijden deze beurze komt uit de wortel een anderen steel, rond, en zonder bladeren, vier en vyf voeten lang, boven wat gekromt, daar aan de bloemen geschikt boven malkanderen wassen, op de manier gelyk de *Hyacinthen*. Ieder op een byzonder kromvoets steeltje.

Deze bloemen zyn nu weder van een byzonder fatsoen, en willen na die van *Satyrium* aarden, in de grootte van een narcisse, gemaakt van vyf buitenste blaadjes, agter smal, vooren breed, zommige geel, zommige geelgroen, hier op ziet men breede droppelen en karakteren, als of het *Hebreeuwse* letteren waren, dog niet kennelyk, en alle bruin-rood, ook in de eene bloeme verschillende van de andere.

In de midden staat een ander hol blaadje, t'zamen gebogen als een bekertje, ligter van couleur, met bruine of peerse linien gestreept; in dezès bolligheid ziet men nog een dik pilaartje, met een breed hoofdeke, en voorts is ze zonder reuk.

De

Primo progerminans flos interne ex viridi flavescit, ipsiusque characteres obscure fuscii sunt, sed sensim penitus luteus est, ac characteres rubri, diu viget etiam in abruptis caulibus, qui in camera locati per octo dies flores vegetos servant, uno post alium sese aperiente. Tandem incipiunt marcescere, sed non decidunt, ipsorumque pedunculi crassescunt & ventricosi sunt, fructum formantes, qui tenerum refert *Blimbingum*, vel hexagonam crassam siliquam, cujus oræ protuberantia gerunt dorfa, quorum tria majora sulcata sunt, ac sursum bifida, tria alia humiliora sunt nec sulcata. Quinque pollices longus est hic fructus, sesqui crassus, superius latissimus, emarcidum sustinens florem, inferius autem acutior est, cortex hujus exterior viridis est, crassus, & herbaceus, interna pars repleta est farina flava & villosa.

Maturi obscuri cinerei sunt, ac facile in sex dehiscunt partes, ita tamen, ut dorfa superius & inferius cohæreant instar coronæ Cæsareæ, tumque flava decidit farina, quæ per ventum dissipatur, an vero in hac vis feminalis lateat, & in alias per ventum projecta arbores progerminet, ignotum est.

Bursa, cui folia insident, uti dictum est, interne herbacea est, si vero folia deciderint, crassescit magis, ac tandem sicca est, ejusque substantia interna fungosa & fibrosa est, in qua nidulantur plerumque formicæ.

Quædam hujus observantur varietates, quæ tamen non satis differunt, ut peculiarem constituent speciem, primo enim plantæ, quæ Mangis vel similibus incretunt arboribus, corticem succolum habentibus, majora gerunt folia præcedenti, viginti septem & octo nempe pollices longa, ultra palmam lata, nullum alium notabilem gerentia nervum longitudinalem, nisi medium, loco trium, quibus præcedens gaudet, referuntque tenera folia Toxicariæ seu Ypo.

Quodam tempore caulem habui floriferum, quatuor cum dimidio pedes longum, vario modo flexum, cujus quinquaginta duo flores uno tempore aperti erant. Characteres iis inscripti non ita referebant Hebræorum, quam antiquiorum Latinorum majores literas, quidam etiam Samaritanorum literas, ex quibus nomina etiam quædam componi poterant, si petala quædam ex floribus desumpta in ordine locabantur.

Ramus Mangæ, cui Angræcum similesque plantæ incretunt, si eas rite nutriat, nullos vel paucos proferet fructus, quod ferendum est elegantis spectaculi gratia.

Alia hujus varietas in Calappo observatur, quam multi pro peculiari habent specie, unde & distincte eam describam. E latere Calappi vetustioris excrevit. Radix elevatam format glebam ex subtilibus longis, sed non pungentibus conis formatam. Bursa sunt uti in priore, sed glabræ, nec articulatæ, excepto quod per longitudinem parum sint costatæ. Folia breviora sunt, latiora, & crassiora, sine ullis nervis, excepto medio canali, a tredecim ad sexdecim pollices longa, quatuor lata, & ex teneris excrevunt burfis. Caulis florifer peculiari excrevit loco, quinque & quinque cum dimidio pedes longus, minimum digitum crassus, rotundus, firmus, ac fere lignosus. Binæ superiores tertiæ partes floribus ornatae sunt, illis prioris haud dissimiles, ex quinque nempe flavo viridibus petalis constantes, quorum unum semper introrsum flexum, ac quivis fere flos prope ortum sinuosus est, plerumque sursum, aliquando ad latus.

Hujus petala picta sunt crassis & fuscis characteribus, qui nullas peculiares formant figuras, plurimi enim maculas referunt, literæ tamen A. I. O. in iis inveniri possunt. In medio pistillum locatur pallidius exterioribus petalis, fuscis lineis longitudinalibus distinctum, ac porro sine ullo odore.

Fructus sine dubio magnæ & angulosæ sunt siliquæ, uti in priore. Radicis congeries fere onus viri est. Novembri floret.

Baleynses nullum peculiare hujus plantæ sciunt nomen, nec volunt habere pro *Angræc kringing*, unde hanc interim vocavi *Angræc calappa*, quum ad verticem talis arboris inventa sit, quidam eam vocant *Angræc lida* ob glabra & firma folia, quæ magnam referunt linguam.

Nomen.

De eerste opgaande bloem is van binnen geel-groen, en haare karakteren donker-bruin, maar met 'er tyd werd zy regt geel, en haare karakteren rood, zy blyft lang in haar weezen, ook aan de afgebrokene steelen, waar aan men in een kamer gezet, wel agt dagen bloemen kan hebben, de eenena de ander opengaande. Eindelyk beginnen ze te slyzen, dog zonder af te vallen, en bare voeten beginnen dik en buikagtig te werden, en formeeren de vrugt, dewelke gelykt een jonge Blimbing, of een jekantige dikke bouwe, en de kanten hebben uitbuilende ruggens, waar van de drie grootere gevoorent zyn, en na vooren toe in tweeën zig splyten, de drie andere zyn laager, en niet gevoorent. Zy is vyf duimen lang, anderhalve dik, vooren 't breedst, met de verwelkte bloeme boven op, agter wat spitzer, buiten is een groene, dik en kruidagtige schorsse, het binnenste is uitgevuld met een geel vlokagtig meel.

De rype werden donker-graauw, splyten ligt in ses deelen open, zoodanig dat de ruggens agter en vooren aan malkanderen blyven hangen als een Keizer-kroon, en als dan valt het geele meest uit, en verstuift met de wind, maar of het een zaadkragt in zig hebbe, en op andere bomen door den wind vervoert, zig verplante, is nog onbekent.

De beurze, daar de bladeren op staan, is, als gezegt, van binnen kruidagtig, maar als de bladeren afgevallen zyn, zoo werden ze dikker, en ten laatsten droog, hebbende van binnen een vooze en draadige substantie, daar dan de mieren gemeenelyk in nestelen.

Men heeft eenige veranderingen van het bovenstaande, dewelke niet genoeg zyn, om een byzondere zoorte te maken. Want voor eerst hebben de planten, dewelke op Mangas of diergelyke bomen staan, die een sappige schorsse hebben, grootere bladeren dan de bovenstaande, te weten seven en agtentwintig duimen lang, en ruim een hand breed, met geen ander kennelyke zenuwe in de lengte, dan de middelste, in plaats van drie, die het bovengenoemde heeft, en gelyken de jonge bladeren van de spatwortel.

Ik heb op een tyd een bloemdragenden steel gehad, van vyfdehalve voeten lang, met verscheide bogten, waar aan twee en vyftig bloemen op eenen tyd geopend stonden. De karakteren daar op staande, gelyken zoo wel niet na 't Hebreewyse, als na de oude Latynse Kapitalen, en zommige ook na Samaritaansche letters, waar uit men wel eenige naamen konde fabricceeren, als men hier en daar een blad van een bloem genomen, en in ordre gelegd hadde.

De tak van een Mangans-boom, waar op Angreck en diergelyke kruiden geplant staan, zoo by dezelve wel voed, zal by geene of weinige vrugten dragen, 't welk men zig dan getrooten moet, om een fraai spectacul te hebben.

Nog een verandering heeft men op den Kalappus-boom, 't welk veele voor een byzondere zoorte houden, weshalven ik ze ook uitvoerlyk beschryven zal. Zy groeit ter zyden aan de oude Kalappus-bomen, de wortel maakt een beuvel of grooten klomp van fyne, lange, dog niet steekelyke spitzzen. De beurzen zyn gelyk aan 't voorgaande, dog glad, zonder afzetfels of leden, behalven in de lengte een weinig geribt. De bladeren zyn wat korter, breeder, en dikker, zonder eenige zenuwen, behalven de middelgeut, van dertien tot festien duimen lang, vier breed, en komen op de jonge beurze voort. Den bloemsteel komt byzonder voort, vyf en sesdehalve voeten lang, een pinkdik, rond, styf, en schier houtagtig. De twee bovenste derde deelen zyn met bloemen bezet, die van het voorgaande niet ongelijk, te weten van vyf geel-groene bladeren gemaakt, waar van het eene altyd binnewaarts gebogen staat, en schier ieder bloem heeft by haar oorsprong een bogtje, meest opwaarts, zommige ter zyden.


Deze blaadjes zyn geschildert met grove en bruine karakteren, waar uit men geen zonderlinge figuren kan maken, want de meeste na plekken gelyken, egter kan men A. J. O. daar in vinden. In de midden staat een kelkje, wat bleeker dan de buitenste bladeren, met bruine linien in de lengte geteekent, voortis zonder reuk.

De vrugten zyn buiten twyffel groote en kantige bouwen, gelyk aan het voorgaande. Den klomp van de wortel verstrekt ten naasten by een dragt voor een man. Zy bloeit in November.

De Balyers hebben geen byzondere naam daar toe, en willen het egter voor geen Angreck kringing erkennen, weshalven ik het by provisie Angreck calappa geneemt heb, dewyl 't by de kruin van zulken boom gevonden is, zommige noemen 't Angreck lida, wegens de gladde en styve bladeren, dewelke na een groote tong gelyken.

Naam.





Nomen. Latine *Angræcum scriptum*, & *Helleborine Molucca*; Malaice *Angrek*, seu *Bonga boki*, & *Bongaputri*; Ternatice *Saja baki*, h. e. *Flos principissæ* ob rationem supra datam. Alii id vocant *Saja ngawa* & *Ngawan*. Baleyice *Angræc kringfing*, quum flos pictus sit instar vestimenti *Kringfing* dicti.

Javanis omnes hi flores dicuntur *Rangrec*; Portugalli illos vocant *Fulba alacra*, seu *Fulba lacre*, licet hæc proprie peculiaris sit species Javæ crescens, & *Mofcum olens*, ac sic denominata a similitudine *Scorpionis*, quem florem cauda sua refert.

Malaïenses quidam cuncta *Angræca* vocant *Api api*, inque ea versantur sententia, ex semine seu fimo quarundam avium oriri, præsertim aviculæ *Cacopit*, quæ *Reguli* species est, quod tamen non vero convenit, quum hæc non multum frequentat *Mangia*, sed potissimum in ipsa regione in fruticibus versatur floriferis, quorum succum seu rorem exfugit, nomen tamen habet, fimo ferere quælibet *Visca*.

Locus. Nullibi crescit, nisi in crassis arborum ramis, tam in filvis, quam in montibus, uti in Canariis, in variis Mangiis litoreis, notumque est in cunctis hisce Orientalibus insulis, sique leniter cum radiculis suis tollatur, circa ædes transplantari potest in Mangis, quum primum quoddam cænum supra ramos inlinatur, atque funiculo his inligatur, quotannis tum ibi suos profert flores, licet non tam elegantes lutei sint coloris, quam qui in filvis crescunt.

Sæpius etiam tentavi hoc in horto & solo plantare, ubi nil nisi folia dabat, sed nunquam mihi flores in conspectum venire, licet per aliquot ibi vigeret annos, dein autem casu inveni in silva femi putridum lignum, cui increverat, quod domum duxi, ac profunde in terra id deposui, ubi *Angræcum* vigeat & florebat, quum vero istud lignum periret, etiam interiit *Angræcum*.

Restat adhuc inquirere, an coli possit, si totus amputetur viridis ramus, & transversaliter in terra sepeliatur. Alioquin nobis sufficiat, naturam permittere hoc elegans spectaculum crescere in vicinis Mangis.

Quo modo jam hæc planta sponte in arboribus proveniat, haud facile determinari potest, vanum enim est credere, ex fordibus corticum crescere uti *Muscus*, multæque *Filicum* species, tum enim in diversis arboribus differentem haberent formam, nec etiam tam facile transplantari possent, quum vero observetur ipsis tanquam inposita esse, imo in glabris & planis corticibus, uti in Canariis, hinc vero magis accedit, aut per ventum e proprio semine, aut per aves feri, præsertim *Varingas*, ac quasvis *Visci* species.

Hallucinari quis posset, veram vim feminalem latere in granulis magnitudinem feminis *Carjang* habentibus, quæ aliquando in flava ista farina fructuum deteguntur, licet aquosa penitus sint. Similia granula, sed majora, in fructibus variarum *Varingarum* etiam istarum femina censentur.

Ufus. Flores non nisi oculorum oblectamento inferviunt, si cum toto caule abscindantur, atque per aliquot dies in camera deponantur, non in aqua sed in terræ gleba, hæc enim planta in aqua deposita ingratum fundit odorem, instar fordidaæ aquæ, vel instar plurimarum *Orchidum* specierum, quarum odorem etiam recens ejus succus spirat. In Ternata matronæ, ac præsertim uxores, sorores, & filia regum (quæ omnes Malaice *Putri*, ac Moluccis *Boki* vocantur) sibi adeo hos vindicant flores, ut vulgaris mulier, multo minus ferva illos dedecorarent, si florem hunc capiti suo inponerent, unde hos flores pro se solis ex filvis peti jubent, quos capillis innectunt, dicentes naturam ipsam demonstrare hosce flores non convenire hominibus vilioris conditionis, quum nullibi nisi in altis crescant locis, unde & dicta nomina fortita est hæc planta.

Si quis *Paronychia* labore, fumat herbaceam bulbæ medullam cum pauxillo *Curcumæ* in aqua falsa contritam, ipsique inponat, tum ulcus cito maturefcet, licet & aliquando resolvatur, si nondum fixa illa sit.

Tom. VI.

Bursæ

Naam. In 't Latyn *Angræcum scriptum*, en *Helleborine Molucca*; in 't Maleits *Angrek* of *Bonga Boki* en *Bonga putri*; op Ternaten *Saja baki*; dat is *Flos principissæ*, om reden als boven. Anderen noemen 't *Saja ngawa* en *Ngawan*; in 't Baleyice *Angræc kringfing*; om dat de bloeme gechildert is als zeker kleeze genaamt *Kringfing*.

In 't Javaans bieten alle deze bloemen *Rangrec*; de Portugeesen noemen ze *Fulha alacra* of *Fulha lacre*. Hoewel dit eigentlijk een byzondere soort is op Java, na *Muscus* ruikende, en aldus genoemd na de gelykenisse van een *Scorpioen*, dien de bloem met baren steert verbeeld.

Zommige Malysers noemen ook alle *Angræcs* *Api api*, en zyn mede in dat gevoelen, dat ze uit het zaad, ofte den afgang eeniger Vogelen oorspronkelijk zyn, inzonderheid beschuldigen ze het Vogeltje *Cacopit* daar mede, zynde een slag van *Regulus*, 't welk niet waarfchynlyk is, dewyl het zelve Vogeltje zig niet veel ophoudt op de *Mangi* *Mangi*-bomen, maar landwaarts in op struiken, die bloemen dragen, welkers sap of dourw het uitzuigt, egter moet het den naam dragen, dat het met zyn afgang alle mistels of maare-takken zaaje.

Plaats. Zy wast nergens, dan op dikke takken der bomen in 't wild zoo op bergen, gelyk op *Kanary*-bomen als op strand op veelderlei *Mangi* *Mangi*-bomen, en is bekend in alle deze Oosterze Eilanden, als men ze zoetjes met al haar worteltjes aflagt, zoo kan men ze omtrent de huizen op een *Mangas*-boom verplanten, als men eerst een weinig slijk op de takken smeert, en dan met een loutwje daar op bindt, daar ze jaarlyks haare bloemen geeft, hoewel ze dus zoo mooi-geel niet zyn, als die in 't wild zyn wassende.

Ik heb 't ook meermaal geprobeerd in den tuin en grond te planten, daar ze niet dan bladeren voortbragten, maar nooit heeft het my gelukken willen, dat de bloeme voor den dag kwam, hoewel ze jaren lang over stonden, daar na vindende een half verrotten blok in 't bosch, daar op ze gegroeit was, heb ik den zelven naar luis gebragt, en diep in de aarde gezet, daar het *Angrek* wel groeide en bloeide, maar als het blok begonde heel te vervallen, zoo ging het ook uit.

Resteert nu nog te onderzoeken, of men 't onderhouden kan, als men een geheel groene tak afsnapt, en dezelve dwars in de aarde begraaft. Anders moeten wy ons vergenoegen laten, dat de natuur ons dit schoon spectacul op onze nabuurlinge *Mangas*-bomen vergunt te voeden.

Hoe nu deze planten in 't wild op de bomen komen, en is niet ligt te raden. Immers het is ydel te geloven, dat ze uit de vuiligheid der scborssen groeien, gelyk *Mos* of andere *Vaaren* gellagten, want dan zouden ze op gants verschillende bomen ook verscheide gedaante hebben, en men zoude ze ook zoo niet verplanten kunnen, maar vermits men ziet, dat ze als daar op gezet zyn, zelfs op gladde en effene scborssen, gelyk de *Kanary*-bomen hebben, zoo is het waarfchynlyker, dat ze of door den wind met haar eigen zaad, of door de vogelen gezaait worden, inzonderheid de *Waringa*-bomen, en alderhande soorten van *Viscum*.

Men zoude mogen gissen, dat de rege zaadkracht steekt in eenige korrels in de grootte van *Carjang*, dewelke men zomtyds in het voornoemde geele meel der vrugten vindt, hoewel ze vry wat wateragtig zyn. Diergelyke korrels, grooter dan de andere, in de vrugten van verscheide *Waringas* houdt men insgelyks voor zaadkorrels.

Gebruik. De bloeme dient tot niets dan plaizier voor de ogen, als men ze met den geheel steel afsnydt, en eenige dagen in een kamer stelt, niet in water, maar bloot op een klomp aarde, want dit gewas in water komende, geeft een vuilen reuk van zig gelyk spoelwater, of gelyk de meeste zoorte van *Orchis*, waar na ook het versche sap ruikt. In Ternaten eigenen haar de groote Vrouwen, inzonderheid de huisvrouwen, zusters, en dogters van bunne Koningen (die men alle in 't Maleits *Putri*, in 't Moluks *Boki* noemt) zoodanig deze bloemen toe, dat ze een vrouw van slegten staat, laat slaan een Slavinne, wel grooten affront zouden aandoen, als ze deze bloem op haar hoofd droegen. Daarom laten ze die alleen voor haar uit den bos halen, om in 't haar te dragen, reden gevende, dat de natuur zelfs aanwyft, dat deze bloemen voor geen lieden van geringen staat passe, om dat ze nieuwiers dan op hooge plaatsen voortkomt, waar van ze ook de voorschreeven namen heeft.

Als iemand het nagelweeren bekamt, die zal het kruidagtige merg van de beurze nemen, met een weinig *Curcuma*, en zout water wryven, en daar over binden, zoo zal het geweer zig tot een haastig rypen schikken, hoewel het ook zomtyds verdwynt, als het nog niet gezet is.

TUGA N

De

Bursæ magni Agræci decorticatæ si sunt, ipsarumque interna medulla contrita, & cum pauxillo Zingiberis mixta, & abdomini inlinita, primo paucum excitat pruritum, sed haud diu post vermes enecat, ac simul omnes malignos ex intestinis expellit humores, immo lienem induratum seu *Tebatu* resolvit, eadem tumentibus inponitur pedibus, ut œdema extrahatur.

Bulborum medulla ore masticata, ita ut succus profluat, quo os conluitur contra Aphthas, quod prodest, quum hic succus sit fatuus, ac summopere refrigerans.

Amboinenses norunt arcanum sed superstitiosum, componentes ex flava fructus farina Philtrum, ac dicunt mulierem prosequi amore talem, a quo hanc farinam cum cibo vel potu accepit. Cæterum in cibo etiam exhibetur ad Dysenteriam sistendam, estque penitus insipida.

Helleborinem Moluccam vocavi, quum maxime conveniat cum *Helleborine recentiorum*, quam *Clusius* describit lib. 2. rar. pl. Cap. 63. & ab aliis *Calceolus Mariæ* vocatur, qui describitur a *Dodonæo* lib. 8. Cap. 22, qui ex *Gesneri* sententia multum conveniret cum *Cosmosandalo Pausaniæ*, & *Chiliodynami* antiquorum, *Angræcum* saltem nostrum quadrat forma foliorum & florum, sed non modo crescendi. Examina, an etiam adcedat *Flori Tigridis*, qui est flos Indiæ Occidentalis, quem *Dodonæus* describit in *Appendice Latino* Cap. 32.

Hieronymus Tragus putat, *Orchides* & *Satyria* oriri ex semine turdorum & merularum, quarum finus aliquando reperitur in agris & pratis, quum hæ aves vere coeunt.

Athanasius Kircherus in suo mundo subterraneo Lib. 12. Sect. 1. Cap. 9. judicat, cuncta *Satyria* ortum ducere vel ex putridis quorundam animalium cadaveribus, in quibus vis quædam feminalis latet, vel ex ipsis animalium seminibus, quæ in montibus vel pratis coeunt, atque pro ejus argumento dicit in *Satyriorum* floribus detegi speciem istius animalis, ex cujus semine in terra putrefacto hoc *Satyrium* excrevit, vel istius infecti, quod plerumque ex cadavere cujusdam animalis prodit.

Haud sine ratione hoc credi posset de nostro *Angræco*, quod *Satyrio* maxime adfines est, ortum nempe suum ducere ex semine Palumbis, quæ magra copia frequentat *Mangia* & *Canaria*. Concludere etiam quis posset, *Coagulum Plinii*, & *Orobanchem Gesneri* adfines esse herbas nostro *Angræco*.

A *Joanne Baubino* Lib. 7. Cap. 3. *Viscum Indicum* quoque describitur, quod puto speciem itidem esse *Angræci*.

Tabula Quadragesima secunda

Angræcum exhibet scriptum, caudici *Calappi* incretum, ubi Litt. A. florem inapertum. B. Florem ad latus conspicientem. C. Florem planum naturali magnitudine offert. D. Fructus est. E. Hujus plantæ radix est firmiter *Calappo* increta.

OBSERVATIO.

Angræcum hoc convenit cum *Ansjei Maravara H. Malab. part. 12. Tab. 1.* quod *Orchis abortiva*, aizoides, *Malabariensis*, flore odoratissimo variegato, intus aviculam representante a *Commel.* in notis & *Fl. Malab. pag. 49.* vocatur.

Huc & spectat *Viscum*, *Delphinii* flore albo, guttato minus, radice fibrosa. *Sloan. Cat. pl. Jam. pag. 120.* & *Hist. vol. I. Tab. 148. fig. 2.*

De beurzen van het groot *Angræc* geschild, en het binnenste merg klein gewreeven met een weinig Gember gemengt, en op den buik gesmeert, maakt in 't eerst een weinig jeuken, dog niet lang, daar na dood het de wormen, en dryft met een alle kwaade humeuren uit de darmen, ja zelfs doet het een gezwollen Milt of *Tebatu* smelten, het zelfste wert ook op de gezwollen beenen gebonden, om de zugt uit te trekken.

Het merg uit de bollen in de mond gekaauwt, zoo dat 'er het sap uit komt, en daar mede den mond gespoelt, verdryft de spruw, want 't is las, en verkoelt zeer.

De *Amboinenses* hebben een secrete, dog superstitieus konststukje, van het geele meel uit de vrugt om een *Philtrum* daar van te maken, zeggende dat een vrouw die geene moet na loopen, van dewelke ze dit meel in de kost of drank gekreegen heeft. Anders wert het ook in de kost ingegeven, om de roode loop te stoppen, en het is gants zonder smaak.

Ik heb het *Helleborine Molucca* genaamt, om dat het meest overeen komt met de *Helleborine recentiorum*, die *Clusius* beschryft Lib. 2. rar. Plant. Cap. 63. en anders *Calceolus Mariæ* genaamt werd, beschreeven by *Dodonæus* Lib. 6. Cap. 22. dewelke na *Gesneri* meening wel over een komen zoude, met dat *Cosmosandalo* van *Pausanias*, en het *Chiliodynamis* der ouden, immers ons *Angræc* komt met 't zelve over een in gedaante der bladeren, en bloemen, maar niet in gedaante van wasdom. Bezie ook, of het eenige over een komt heeft met de *Flos tigridis*, een *West-Indiese* bloem, dewelke *Dodon.* beschryft in zyn *Latynsen Appendix* cap. 32.

Hieronymus Tragus is van gevoelen, dat de *Orchides* en *Satyria* baaren oorsprong hebben uit het zaad van *Lytters*, en *Meerle*, welkers uitwerpsel men zomtyds vindt in de *Beemden* en *Weilanden*, als deze *Vogels* in de *Lente* zig paaren.

Athanasius Kircherus in suo mundo Subterraneo Lib. 12. Sect. 1. Cap. 9. oordeelt, dat alle *Satyria* baaren oorsprong hebben, of uit verrotte lichamen van eenige Dieren, daar in nog eenige zaad-kragt steekt, of van de zaden zelfs der Dieren, die op de Bergen of in de *Weilanden* speelen, en dat men tot bewys hier van op de bloemen van deze *Satyria* vinden zal de gedaante, of van dat beest, uit wiens zaad in de aarde verrot zynde, dat *Satyrium* gesproten is, of van dat insectum, 't welk ordinarij uit een dood aas van eenig Beest groeit.

Niet zonder reden zoude men dit mogen gevoelen van ons *Angræc*, 't welk met het *Satyrium* groote maagfchap heeft, dat het zyn oorsprong hebbe, van 't zaad der wilde Duiven, dewelke zig met meenigte op houden op de *Mangi mangi*, en *Kanari-bomen*. Men zoude ook mogen gissen, dat het *Coagulum Plinii*, en de *Orobanche Gesneri* vermaagfchapte kruiden te zyn met ons *Angræc*.

By *Joh. Bauhinus* Lib. 7. Cap. 3. werd een *Viscum Indicum* beschreeven, 't welk ik mede gisse een zoorte van *Angræc* te zyn.

De twee en Veertigste Plaat

Vertoont de beschreeve ofte bonte *Angræc*, gegroeit op de struik van een *Calappus-boom*, alwaar lett. A. de knop van een ongeopende bloem. B. de bloem open, en van ter zyde aan te zien, C. de bloem open van vooren in haar natuurlyke grootte vertoont. D. is de Vrugt. E. de Wortel van dit gewas, aan de *Calappus-boom* vastgegroeit.

AANMERKING.

Dit *Angræc* komt overeen met het *Ansjei Maravara* van de *H. Malab. part. 12. Tab. 1.* het geen de ontaarde, sappige, *Malabaarsche Orchis*, met een zeer riekende en bonte bloem, van binnen een vogeltje verbeeldende, genaamt wert van *Commel.* in de noote, als mede in de *Fl. Malab. pag. 49.*

Hier toe behoort mede het *Viscum*, met een witte gevlakte bloem, als van de *Ridderspooren*, met een vezelige wortel van *Sloan. Cat. pl. Jam. pag. 120.* en de *Hist. vol. I. Tab. 148. fig. 2.*